

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Meditationum evangelicarum pars secunda, hoc est:  
Solida, ad descendam & exercendam, ex evangeliis tam  
dominicalibus quam festivalibus Christi & sui-ipsius  
notitiam, informatio**

**Creide, Hartmann**

**Francofurti ad Moenum, 1682**

Exordium

[urn:nbn:de:bsz:31-126164](#)

## Dominica X. post Trinitatis

tre, & eum filio ejus Iesu Christo, 1. Joh. 1. v. 3.

Quando autem Christus filios seculi & filios lucis invicem sibi h̄c opponit, & illos his prudentiores statuit in generazione suā: hoc ipso nos excitare vult, ut nos tanquam filii lucis prudentiam spiritualem ab illis discamus, & sic salutem nostram studiosè operemur.

*Filiis seculi sunt indefessi, & in omnem occasionem intenti, quomodo concupiscentias suas à diabolo sibi suggestas in effectum deducant, exemplo sit Ammon, 2. Sam. 13. v. 3.*

Vos filii lucis imitamini hoc in spirituibus, delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui, Psal. 37. v. 4. Thren. 3. v. 25.

*Filiis seculi desiderio flagrant cibi & porūs, animus eorum semper in patinis est. Manū confurgunt ad ebrietatem sectandam, Esa. 5. v. 11.*

Vos filii lucis operamini cibum, non qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, Joh. 6. v. 27. Matth. 4. v. 4.

*Filiis seculi gloria æstu flagrant, ideoq; sapè opes & vitam profundunt.*

Vos filii lucis idem facite, & date ope-

ram, ut bonum certamen certetis, quo coronam justitiae reportetis, 2. Tim. 4. v. 8.

2. Tim. 2. v. 5.

*Filiis seculi varias versutias agunt, ut temporalia aequirant, noctu quoq; iniquitatem cogitantes, Mich. 2. 1. Vos filii lucis thesaurizate vobis thesauros in cœlo, Matth. 6. vers. 20.*

*Filiis seculi amicis suis se accommodant, & testatori blandiuntur, ut in testamento sui rationem habeat.*

Vos filii lucis idem studete: Deus legavit nobis hereditatem incorruptibilem, 1. Pet. 1. 4. ideo caveamus, ne testatorem peccatis nostris ad iram commoveamus, patiamur quoq; æquo animo, quod nos pati jussit, hæc enim conditio testatoris nostri est, Rom. 8. v. 17.

*Filiis seculi in id incumbunt, ut ubiq; sibi amicos concilient, Mich. 7. 3. Vos filii lucis! facite vobis amicos de iniquitatis Mammonā, ut recipient vos in æterna tabernacula. Da pauperibus, & thesauro habebis in cœlo, Matth. 19. v. 21. Calicis aquæ frigidæ mercedem non perdeamus, Matth. 10. v. ult. Ps. 34. 11. Quin potius vitam cum Christo habebimus, Joh. 10. 10. Largiatur eam nobis Deus per Christum, Amen!*

## Dominica X. post Trinitatis.

*Evangeliū Luc. 19. v. 41. --- 48.*

## EXORDIUM.

Cum Ben-adad Rex Syriae ægrotaret Damasci, alegavit ad Prophetam Eliseum præcipuum suum ministrum Hazaël cum pretiosis muneribus, & quæsivit ex ipso, an evasurus sit de infir-

mitate hac sua. Eliseus significavit ipsi, quod non sanandus: sed morte moriturus sit, jussit tamen legatum, ne id Regi indicaret: simul posuit vultum suum ad confusione, flevitq; vir Dei. Cui Hazaël ait:

Qua-

Quare Dominus meus flet? Respondit Prophetæ: quia scio, quæ facturus sis Israël mala: ostendit mihi Dominus, te Regem Syria fore, 2. Reg. 8, 7. & seqq.

In prælecto Evangelio audimus, non Prophetæ Elisæum, sed eum lacrymas emittere, qui est Dominus gloria, 1. Cor. 2, 8. auctoritatem, Act. 3, 14. Deus super omnia benedictus in secula, Rom. 9, v. 5. Et quidem illo tempore, cum tanquam Rex filii Sion, magno populi jubilo ingredetur Hierosolymorum urbem, Omnes enim gratulabundi acclamabant, Hosanna filio David, Benedictus &c. Propterea potiori jure queramus: Quare Dominus meus flet? Gravissimæ sanè causæ lacrymas tibi expresserunt.

Causa lacrymarum est, funestissimus interitus Hierosolymæ, in toto Oriente florentissimæ, ubi Deus ignem & caminum suum habuit, Esa. 31, v. ult. Ideo servator ait: Si tu cognovisses, & quidem in hac die tuâ, quæ ad pacem tibi &c.

Certissimè persuadeamus nobis, Dominum adhuc hodiè flere, quando cernit, non modò in politiâ omnia turbari, ut quasi lapis super lapidem non relinquatur, ob subitanam mutationem, quæ tam intra quam extra Romanum imperium, paucis abhinc annis contigit, sed & sanctuarium per varias hæreses & sectas multis modis prophanatum, & in speluncam latronum commutatum esse. Præterea causa sat est, cum Davide conquerendi: Defecit sanctus, Psal. 12, v. 2. quod si queremus cum Bernardo: Bone Iesu, quid ploras? respondebit ille dicens: Ploro, quia passio mea sufficit multis, prodest paucis. Sicut & per Prophetam ait: Ex te perditio tua Israël, Os. 13, v. 9.

Nos absq; ulteriori præfamine ipsum Evangelium meditandum aggrediemur, ex eodem pro instituti ratione tractaturi:

- I. ἀνθρωπολογία, sive notitiam nostræ.
- II. καταχριστιαν, sive notitiam Christi.

J.J.

## Exegesis.

**C**ivitates, quæ majores, èo deteriores, plene turbis, sed magis turpitudinibus, plena divisi, sed magis virtutis, inquit Salvianus.

Idem dicere possumus de Hierosolyma: erat illa pulchra, magna, munita, & opulenta. Sed cives enormiter peccabant, subsistantes & irridentes nuncios Dei, qui à Deo ad ipsos mittebantur, & pœnitentiam prædicabant, 2. Chron. 36, 16. vertebarunt ad Deum tergum, Jer. 2, 27. & omnes conversi erant ad cursum suum, quasi equus, impetu vadens ad prælium, Jer. 8, 6. ideo tandem funditus deliti sunt, ut lapis super lapidem non fuerit relictus, sicut Servator in prælecto Evangelio ipsis prædixit.

Nos hinc ansam capimus, notitiam nostræ meditandi, quando intuemur:

I. Cœcitatem Iudeorum supinam, qui non cognoverunt, quæ ad pacem sibi conveniebat.

Deus multifariam ipsis præmonuit, per Prophetas suos: præterea allegato jam filio suo, pœnitentiam & remissionem peccatorum prædicabat, Matth. 4, v. 17. Sed omnia frustra tentabantur, in pertinaciâ suâ præfracte perseverantes dicebant: non veniet super nos malum, Jer. 5, 12. in eo enim confidebant, quod semen Abrahæ esset, Joh. 8, v. 33. & quia Deus ipsis in peculium suum elegerat, Deut. 7, 6. opinabantur, se non abici posse; hinc identidem ingeminabant: Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini, Jer. 7, 4.

Pp 2

Hxc